

velut captum inter scortorum greges desidem in regia tenebant, auxiliantibus Cretenfibus, securum ac nihil hostile metuentem aggreditur. Antiochenses quoque, VETEREMPATRIS offensam novis meritis correcturi, se ei tradunt. Sed & milites paterni, favore juvenis accensi, prioris sacramenti religionem novi regis superbiae praeferentes, signa ad Demetrium transferunt. Atque ita Alexander, non minori impetu fortunae destructus, quam elatus, primo praelio victus interficitur, deditque poenas & Demetrio, quem occiderat; & Antiocho, cujus mentitus originem fuerat.

## PHRASES.

**F**astidire nuptias alicujus. Jemande nicht zur Ehe haben wollen.

Regno pelli Aus dem Reiche vertrieben werden.

Capere consilium Einen Rath ergreifen.

Extremæ fortis homo Ein sehr geringes Standes Mensch.

Indere alicui nomen Jemande einen Namen geben.

Multa millia hostium cædere Viel tausende der Feinde erschlagen.

Annos pubertatis egredi Aus der Kindheit treten; Mannbahr werden.

Nihil hostile metuo Ich versehe mich keiner Feindseligkeit.

## LIBER XXXVI.

1. **D**emetrius Nicanor Parthis bellum infert, sed  
A. 4 3 tan-